

Universitätsbibliothek Wuppertal

Titi Livii Patavini Historiarvm Libri Qvi Svpersvnt Omnes

Livius, Titus

Mannhemii, 1780

Epitome libri XXVII

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1294)

EPITOME
LIBRI XXVII LIVIANI

C. N. FULVIUS proconsul cum exercitu ab Hannibale ad Herdoneam cæsus est. Meliore eventu a Claudio Marcello consule adversus eundem ad Numistronem pugnatum est. Inde Hannibal noctu recessit. Marcellus insecutus est, & subinde cedentem pressit, donec confligeret. Priore pugna Hannibal superior fuit, Marcellus insequenti. Fabius Maximus pater consul Tarentinos per prodicionem recepit. In Hispania ad Bæculam Scipio cum Hasdrubale Hamilcaris conflixit, & vicit. Inter alia captum puerum regalem eximiæ formæ ad avunculum Mastinissam cum donis dimisit. Claudius Marcellus, T. Quinctius Crispinus consules, speculandi causa progressi e castris, insidiis ab Hannibale circumventi sunt. Marcellus occisus fuit, Crispinus fugit. Res

præterea a P. Sulpicio prætore adversus
Philippum & Achæos gestas continet.
Lustrum a censoribus conditum est : censa
sunt civium capita centum triginta septem
millia centum & octo ; ex quo numero
adparuit , quantum hominum tot prælio-
rum adversa fortuna populo Romano ab-
stulisset. Hasdrubal , qui cum exercitu
novo transcenderat Alpes , ut se Hanni-
bali conjungeret , cum millibus hominum
quingenta sex cæsus est , M. Livii
consulis ductu , sed non minore opera
Claudii Neronis consulis : qui , quum
Hannibali obpositus esset , relictis castris,
ita ut hostem falleret , cum electa manu
profectus , Hasdrubalem circumvenit.

Hic ita
consil Mar
recepta, M
vi cepit. A
halis, qua
preffa. Pr
liti conc
ginta m
lia horo
tantum g
paucos di
donea ur
habebat
Cannet
loco (a)
Negleger
spes e
fidem fer
excellit
(a) aut
(a) i
(b)